

I. N. J.

TrIsta annVM, ð XIphla! saLVat beneDICtIo IesV:

In sola hac nobis est sita cuncta salus.

Auspicio, qvòd Christjanis primordia JESUS,  
anni nos docuit concio sacra novi.

Ex hoc principio Domini benedictio manans  
Voto impertita est omnibus ordinibus.

Vota Scholæ quoque dehinc JESU aperiente patefcunt:

TEMPLA, FORUM VIGEANT, AULA, LYCEA, DOMUS.

Tuque cometa mi<sup>cans</sup><sub>nans</sub> aqvilae sub fidere, (mirum!)

Ger  
Ro Manæ, en DVpLa est! tV bona LVX aqVILæ.

Tropus speciem ad genus transferens ex his cometarum nominibus: *πρωγωνίας, αινονίας, διοκεύς, πιδίτης, κεργίας, ἱππειῶν, ἀργεγκόμης, ξιφίας*, ultimum ensi similem denotans insolite magno hujus temporis cometæ imponere permittit. Et cum piorum vota soleant esse eorundem fata, nos precibus omen triste hujus, dubium majorisne admirationis, an timoris, cometæ in votum vertemus optantes, ut Deus vota sanctissima, præcipue è sacris rostris ad Deum fusa

pro tota Christiana Ecclesia, pro Imperio Romano,  
**PRO NOSTRO SINGULATIM ILLUSTRIS-**  
**SIMO CLEMENTISSIMO, QVE MAGISTRATU UNIVERSO,**

Pro Regimine Ecclesiastico atque Politico, pro Sacro Ordine & Verbi divini Ministerio, pro Schola & privata cujusque domo, totaque patria, bonitate ac voluntate sua paterna velit, jubeat, faciat rata atque in longam annorum seriem valentia. Spe hac bona nixi & nutriti lætamur potius, quam tristamur. Causa vero & materia lætitiæ unica sit JESUS noster. Ut vero lætum anni faceremus auspiciū è pathologia seligere libuit AFFECTUM LÆTITIÆ. Atq; hinc

**DE INCARNATIONIS FILII DEI**  
**MYSTERIO SANCTISSIMO,**

JOHANN. ULRICUS *Metzel* / Leutenbergensis:

**DE INEFFABILI EX EADEM ORTO**

**GAUDIO ET INCOMPARABILI COMMODO,**

JOHANN. FRIDERICUS *Hann* / Rudolstadtensis,

Verba facient ad diem XIII. Jan. Hilarii qui est, med X. in Auditorio Maj. ad quæ vota cum voto omnigenæ faustitatis quotquot interesse lubet, decenti observantia & humanitate invitat

Cum DN. RECTORE

JOHANN. CHRISTOPH. TREUNER. C. C. P. ConR.

continuans Cælareologiam.

Rudolstadtii, Literis FLEISCHERIANIS, 1681.

*IMPERAT: Occident. Nomina, Elogia,*  
Sec. XIII.

*Saxo* dolo Papæ <sup>a</sup> QVARTUS deponitur OTTO;

Meta Papis <sup>b</sup> *FRIDERICUS* nulli Marte, Arte SECUN-  
DUS.

(c) Annis vicenis tribus interregna seqvuntur.

*Austria & Imperium* hinc stabilita *Atlante* <sup>d</sup> RUDOL-  
PHO;

Sceptro impar lectus, qvo post privatus, <sup>e</sup> ADOLPHUS.

(a.) Papa, cum curia sua in arcanis Pontificatus habens, *perpetuis emulis vexare Imperatores, ut suarum rerum solliciti omnem de Italia recuperanda curam deponerent*, quietum Ottonem non sivit excitato contra ipsum Friderico II. Otto igitur ab omnibus desertus, in Saxoniam se recipit, victus à Philippo Francorum Rege, qui cum *Friderico* faciebat. (b.) Fraudem & vim Papparum expertus, ceu perpetuus Scopus (in quem quinqvies fulmina anathematum torsere) *Gregorii X.* à quo tertium excommunicatus, etsi pro solutione secundi anathematis solverat duos millones auri: *Cœlestini IV.* qui Imperatori coronam pede uno imposuit, altero decussit, *Innocentii IV.* qui & anathemate Imper. percussit & Anticæfares excitavit. Interim Imperator Italiae regnum occupavit, Hierosolymæ expugnatae Rex factus; Hungaros vincit & Viennam Imperio adjungit, ibique A. 1237. uti Neapoli 1239. Academiam condidit. Tartaros Hungaria expulit, Germanice, Latine, Græce, Italice, Saracenicè doctus Aristotelis opera Latine converti & Bononiæ docere curavit. Lucium piscem in lacum Hailbrunnensem cum annulo inscripto A. 1230. imposuit, qui A. 1497. iterum captus annos 267. ibidem vixit. (c.) A Papis CUNRADUS contra Patrem *Fridericum II.* cum *Henrico Landgravio* & postea cum *Wilhelmo Hollando* excitatus fuit, quibus successor electus post fuit *Richardus Angliæ R. fr.* detentus tamen seditionibus domesticis in Anglia. Nullo ergo horum ab omnibus lecto Imperatore status Germaniæ fuit perturbatissimus, qualis erat, quando nullus erat Rex in Israël, & quilibet faciebat, quod volebat. Calamitatem præcipuè senserunt civitates Imperii per *Sueviam, Alsatiam, tractum Rhenensem*, qua occasione Germania arcibus montanis, prædonum nidis, impleta, quarum excisarum passim adhuc conspiciuntur ruinae. (d.) In aula *Friderici II.* à primis annis spem summam præbuit, ut adveniēti tota adsurgeret. Imperator ergo ob virtutem & prudentiam, qua omnes

omnes antecellebat, factus rem suam tenuem imperio impari videns occupavit eas provincias, quæ jure feudali ad imperium pertinebant. Vacuæ a. erant *Austria, Stiria, Carinthia, Carniola*, quas *Ottocarus R. Bohemus* (Regi montii Conditor) uxorio nomine invaserat; *Rudolphus* jubet illum cedere, quod injustè occupasset, negat *Ottocarus*, venit ad arma, vincit *Rudolphus*, vitam cum provinciis amittit *Ottocarus*, occupat has jure belli & potestate Imperatoria *Rudolphus*, traditque filio *Alberto*, Archiducum *Austriæ* Regumque *Hispaniæ* conditori. *Pseudo-Fridericum*, *Sveviæ* se falso ostentantem ducem, vere *Tiloculap*, in valle *Cæsarea* combussit (Ejusmodi *Pseudo-Regum* & *Scenicorum* Principum exempla vid. notis *Berneggeri* ad *Justin.* l. 35. c. 1. §. 6. & *Freinsheim.* ad *Flor.* l. 2. c. 15. §. 3.) Quibusdam ministris generosius vinum & delictiorem victum postulantibus, non alo, inquit, ministros victu Domini non contentos. Inter ejus Duces fuit *Reinwaldus Sürer* / cujus nobiles posterii non pauci adhuc *Noribergensem Senatum* ornarunt. In arcanis suis habuit *Italiam* non ingredi, utens illo ex fabula de leone ægrotante, quia me vestigia terrent. Hic Imperator ergo ritum à papa coronari & inaugurari neglexit citra Imperii imminutionem cum multis aliis *Maximiliano I. Ferdinando, Maximiliano II. Rudolpho II.* quod coronatio ista non est causa; sed adjunctum Symbolum Majestatis. Neque enim ideo quis Rex est, quia coronatur; sed ideo coronatur, quia Rex est. Vid. *Reink. d. R. Sec.* lib. 1. *Class. III. cap. IIX.* (e) Favore Electoris *Moguntini* ad imperium promotus frustra tunc *Ludovico Bavaro Albertum Austriacum* nominante. Initia imperii bona dedit, postea privata autoritate exclusis Ordinibus omnia agens, iniquus & provincias imperii vastans in procerum odium incurrit: demum in bello ad *Wormatiam* ab *Alberto Austriaco* interficitur. *Adolphi* historiam accuratissime contexuit *Lehmannus* l. V. *Chron. Sp. c.* 118.

IMPERAT. Occid. Nomina, Elogia,

Sec. XIV.

In bis fena acie ALBERTUS quatit Austrius arma.

Lützburgo HENRICO Flori est Florentia virus.

Inde simul binos fecit discordia Reges;

Ludentem Papæ LUDOVICUM fulmina QUINTUM,

FRIDRICUM Austriacum quinto hujus Marte domatum.

)o( 2 GUN-

GUNTHERUS vere electus Schwarzburgicus Heros.

Aurea Bulla micat CAROLI fundamine QVARTI.

Vitricus imperii, ignavus, WENSLAE, Meroque es.  
a. Duodecies in acie stetit, quanquam non semper iusta causa, cum primis, quando Marchiones Thuringiae sua exuere voluit ditione. Ex Elisabetha, cum qua Comitatum Tirolis & Goriciae acquisivit suae domui (& deinceps conditionibus seu sponsalibus auctae) suscepit XXI. liberos. In quibus Rudolphus cognomine *Mitis*, Fridericus *Puleher*, Leopoldus *Gloria militum*, Henricus *Placidus*, Albertus *Sapiens*. Tria praeter ceteris amasse dicitur: *Feminas pudicas*, *Clerum religiosum*, *Milites fortes*. Occisus a Fratre Rudolphi, Sveviae Ducis Filio Johanne, qui inter filios Alberti educatus pro beneficio retulit parricidium. b. Principum tunc virtute optimus a Principibus electus adversus Gall. Regis voluntatem, qui imperium in Galliam transferre malebat, tum quod sedes Pontificum *Advenione* esset, tum quod imperii dignitas colleberetur jam ad contemptibiles (ut vocabatur) *Comites redacta*. Hic ultimus Italiam domuit, & cum Florentiam, in qua plusquam 100000. Guelphorum (partes Papae defendentium vid. supr. Sec. 12.) expugnavit, gravi obsidione premeret a Monacho hostia S. Coenae veneno infecta occisus, monachus quidem postea excoriatus & Monasterium exustum. Eberhardum Comitem (tunc) Wittenbergensem parere detrectantem omnibus fortunis exuit. c. d. Discordes Electores elegerunt *Moguntinus*, *Trevirensis*, *Bohemus* & *Brandenburgicus*, Ludovicum; *Palatinus*, *Coloniensis* & *Saxo* Fridericum Austr. Ducem. Hinc gravissimum in Germania bellum & eadem flammam diffiduum, illud inter *Comites Palatinos* & *Duces Bavariae incensum*. Quippe Ludovicus Imper. Rudolphum Electorem Palatinum, quod Fridericum Austrium elegisset, omnibus ditionibus exutum in Angliam fugere coegit. Ludovicus Paparum fulmina spernens in concilio Francofurtensi *Politicam potestatem Papae non subiectam esse acriter defendit*, & *jus ejus eligendi Imperatorem elusit*, & Fridericum Austriacum quinque armis vicit. E Injuriam faciunt fidei historicae, qui Guntherum Caroli IV. modo aemulum appellant. Verè enim electus fuit a quibusdam Electoribus, n.p. *Henrico Moguntino*, *Rudolpho Palatino*, *Erico Saxon.* *Ludovico Brandenburgico*, Aquisgrani a Moguntino coronatus. Nam post obitum Ludovici tres deinceps Caesares contra Carolum IV. electi, primo Edoardus III. Angliae R. qui bello Gallico occupatus Electoribus gratias egit: *Secundo* Fridericus Severus, Marchio Austriae, qui accepta pecunia jus suum persequi destitit. Et *Tertio* hic noster *Schwartzburgicus* GUNTHERUS. De quo Heroe & Imperatore praestat tacere, quam pauca dicere. Hunc Carolus, vel causa vel viribus diffidens vi aggredi non est ausus, sed dolo. Quod vero Burgoldensis part. I. disc.

I. disc. 12. ad Instr. Pacis ait, expectasse Güntherum Caroli adventum, ut cum eo de imperio, ut moris erat, decertaret, frustra dicitur. Nihil enim hujus moris apud antiquos in usu fuisse, nec ullum apud ejus temporis historicos vestigium extare testatur *Lehmannus* antiquitatum Germ. promus condus locupletissimus Chron. Spir. c. 34. placet hic cum B. L. communicare, quæ in scripto antiquo, künstliche und eigentliche Bildnissen der Römischen Keyser aus den allerbesten Geschichtschreibern zusammen getragen aus den Latin vertheutst durch Diethelmen Kellerr/Bürgern zu Zürich/gedruckt Anno 1558. habentur pag. 607. Günthart ein Graf von Schwarzburg und Thüringen / ein starcker handvester Mann gar ein handlicher / Rittermässiger Krugesmann / als er fünff und vierzig Jahr alt war / ward er von den Chur-Fürsten / di wider Carolum während / vil und lang genödtet / das Keyserthum anzunehmen: doch hat ers Ihnen offft und dick abgeschlagen. Zu lest hat Er mitt dem Beding darein verwilliget / so verr und deer Meertheil der Chur-Fürsten zu Franckfurt zusammen komme / und erkenne / das das Keyserthum ledigstande. Als sich nun die Fürsten zu Franckfurt im Bald versammlet habend / ist genannter Günthart mit einhelliger Waal zum Römischen König erwelt worden / dem haben sy geschworen / und sy Im Schuldig und Pflichtig sind / beweisen. Als Er nach seiner Erwelung wie ein Römischer König in die Stadt Franckfurt gaan wolt / habend die Bürger Ihm sämbliches nitt Wellen zulassen und gestatten. Denn die Bürger habend das im Brauch / das sy keinen König in die Stadt lassend / der nach ein Anderen hat / der mit um das Reich zanket / die Stadt seye dann vor belägert / und habe etwas Nothzwangs erlitten / also / das des erwelten Königs Widersacher entweder mit Ihm geschlagen habe / oder sunst Wäg finde / wie Er das Reich mit ihm theile / also / das der eine gewaltig regire / der ander aber als ein unachtbarer und schlächter dahin zhe. Also hat Graf Günthart ein Mächtigen Zeug versammlet / und hat die Stadt zween Monat gewaltiglich belägert / demnach ist Er nach Keyserlichen Brauch in die Stadt gelassen worden. Als nun Marg. Graf von Brandenburg ein Freundschaft und Einigkeit gemachet hat zwischen Güntharten und Carolo / hat ein Arzet Keyser Güntharten mit Giffit getödtet in dem sechsten Monat seines Keyserthums / den habend die Bürger zu Franckfurt nach Röniglich Brauch bestattet / und in die Rönigliche Begräbniß gelegt. Veneno per famulum Medici cogn. Fridangii (al. Freydancs) accepto tranlegit cum Carolo ciqve 20000. Marcarum acceptis Imperium cessit, ipse sexto imperii mense decessit. Dum vero *Marcas illas* 20000. accepit, sciendum, quod non istis venderit imperium, sed impensarum tantum aliquam compensationem receperit: ut sic minimè *σωεραγίας* accusandus sit hic ad Imperium capes-

sendum

sendum à proceribus plerisque ægre, & ad cedendum receptis impensis  
à Rudolpho Palatino & Marchione Brandenburgensi æger inductus He-  
ros. Nulla *δωροδοξία* (qvæ, & Magistratum venditatio, signum  
Reip. interituræ) laboravit Princeps hic fortitudine & magnanimitate ne-  
mini suæ ætatis secundus. Verum hæc omnia & longe plura planius &  
plenius licet cognoscere ex Magnifici Dn. D. FRITSCHII GUNTHERO  
Schwartzburgico haut pridem edito. (f) Princeps doctus & do-  
ctorum Patronus, in quibus audiendis imitatus Epaminondam (Corn.  
c. 3.) *qui nunquam prius discessit, quin ad finem sermo esset adductus.*  
In Academia enim Pragensi, quam condidit, sæpius disputationibus inter-  
fuit, ægre id ferentibus purpuratis aulicis, atque dicentibus: *tempus coenæ*  
*est: at mihi, inquit, nondum est tempus, hæc mea est coena.* Ceterum  
non bene audit, quod non pauca de Imperii patrimonio detraxit vectiga-  
libus oppignoratis & XVI. urbibus Sveviæ venditis, propterea *pestis Im-*  
*perii à Maximiliano I. Imp. itemque imperii vitricus* dictus. Auream  
Bullam condens auream Imperii pacem stabilire voluit, quod insignis  
præfatio indicat. Confecta est Noribergæ Anno 1356. [nempe a tit. 1. usq;  
24. reliqua *Metis* fuerunt adjecta] & d. X. Jan. publicata. Bulla Romanis  
erat Cordis Figura ex auro argenteve contra fascinum remedia continens,  
pueris de collo suspensa, ut in pectus descenderet; post traducta vox est ad  
litteras Imperatorum vel Pontificum vel ad sigillum literis adpensum.  
Cum ergo & huic constitutioni aureum adpensum fuerit sigillum,  
*κατ' ἐξοχήν* Aurea Bulla dicitur. Non male etiam Bulla à Gr. *βελή* Consili-  
um deducas. Hoc sensu fuerit *aureum Consilium*. Autographum summa  
observantia custoditur Francofurti ad Moenum. g. Natura & educatione  
corruptus matrem partu extinxit, baptismi aquam sacram polluit, & tem-  
plo vicinum Sacerdotis domicilium incendio, ab aqua ibi calefacta orto,  
consumtum fuit, aram, cum coronaretur, conspurcavit, & sic, quid dese-  
expectandum esset, sufficienter pronuntiavit. Regi Franciæ vendidit  
Genuam, Johanni Galeacio Mediolanensem ducatum hæreditarium ad-  
dixit, ex quo tempore tota Italia Imperio fuit exempta nullo eam recupe-  
rare curante. Noribergensibus immunitates quasdam IV. plaustris vini  
vendidit, crudelis fuit & in sceleribus connivit, fratrem ad Nicopolin labo-  
rantem destituit, *Bartboldum Nigrum* pulveris tormentarii inventorem  
interemit, Carnificem in Compaternitatis conjunctionem adscivit, Bal-  
neatricem [*Susannam*] cujus opera è custodia evasit, concubinam adsci-  
vit;

vit; non paucos innocentes viros feminasque combussit, suffocavit, trucidavit, Neroni in multis non absimilis, in eo certe par, quod *Merobibus* & *Vinosus* fuit. Hinc ignavus imperio remotus Anno 1400.

*IMPERAT. Occident. Nomina, Elogia,*

Sec. XV.

Italiam frustra repetis <sup>a</sup> *RLEM* dicte RUPERTE,  
*Moravus* regnat semestre <sup>b</sup> JODOCUS ineptus;  
Lectū à se <sup>c</sup> SIGMUNDUM Hussitica schismata turbāt;  
Musis sceptrā bona <sup>d</sup> ALBERTI sunt curta SECUNDI;  
Tertius est <sup>e</sup> *RUDOLPHUS* vir nominis inclitus Heros;  
*Circulus & Camera Imperii* laus <sup>f</sup> MAXMILIANI.

a. Palatinus Bavar. Dux vulgo *Parvus* per errorem dictus; sed cognomen erat *Rlem* i. e. *rigidus* vel *parcus*, pro quo error legit *Klein*. *Galeatum* à *Wenceslao* Ducem Mediolanensem factum frustra conatur pellere, atque ex hoc tempore Italia Imperatorum potentiam prorsus excussit. b. Ad res gerendas jam octogenarius ineptus hanc tulit constitutionem: *Quod status Imperii Imperatori ipsi resistere possint, si contra ordinationes imperii fecerint absq̄ ullo crimine rebellionis & infidelitatis*, ut *Goldastus* habet. c. Interrogatus de Cæsare eligendo seipsum nominavit, *me*, inquiring, *ego novi, alios non item*. *Dubrav.* l. 23. *Hist. Bohem.* An & quomodo, quis seipse eligere possit? Vid. *Reink.* de R. S. & E. lib. 1. *Class.* 3, c. 5. n. ult. *Sux* Bohemix invidiam sibi conflavit, contraque *Ziscam* Hussitarum ducem infeliciter pugnavit. Insignia imperialia in arce Bohemica *Karlstein* à *Carolo IV.* reposita fidei *Noribergensium* commisit, quæ templum ad *Sp. S.* asservat. Quatuor habuit *Carolus IV. Imp.* uxores, 1. *Margaretam Blancam*, 2. *Annam Rudolpb. Palat.* filiam, 3. *Annam Jaurens* Ducis fil. 4. *Elisabetham Bogislai Pomerf.* ex qua hic *Princeps pius & sapiens*, sed bello & conjugio infelix. A *Turcis* enim & *Bohemis* acie fusus.

fulus. Principes, qui Latinas literas ignorarent, sæpe accusavit; Aulico  
 se in os laudanti colaphum impegit, & dicenti, *cur me verberas? cur me,*  
 inquit, *mordes?* Alii Germanos de se male loqui accusanti, *& nos,* inquit,  
*male agimus.* Marchiam Brandenburgensem Friderico Burggravio Nori-  
 bergensi dono dedit, hoc dictum etiam usurpavit: *Ego illos amo, quos na-*  
*tura alios antestare facile voluit.* Itemque & hoc: *Imperare nescit, qui*  
*omnia ad vivum refecat.* *Georgium Fiscellinum* J. Ct. nobilitatis insignibus  
 donavit, cui dubitanti in Comitibus Basileensibus, num Doctoribus, an vero  
 Equitibus se adjungeret, Imperator; *quid dubitas,* inquit, *litteras præferre*  
*militibus: uno die crearim mille equites, sed mille annis non unum effece-*  
*rim doctorem.* Vid. Qvistorp. Annot. ad Prov. V. 13.

d. Ab hoc usque nostrum Imp. *Soli ex Austriaca familia.* Literato-  
 rum Mæcenas Imperatoriis virtutibus ornatus uno anno R. Bohem. Hun-  
 garia & Imperator factus, altero anno in bello Turcico adversus *Amura-*  
*tben* interiit & *Mirabilia mundi* dictus (c.) Pacis atque otii studiosissi-  
 mus Austriam totam recuperavit, *Alberto Acbilli Germanico* Pomerai-  
 am in feudum concessit, Secretario suo, *Ænea Sylvio* cognom. *Piccolomi-*  
*neo* post Pontifici *Julio* II. dicto Lauream Poeticam contulit, tristi fato  
 Constantinopolis in Turearum manus sub ejus imperio venit: Germania  
 interim gavisa Principibus bellicosis: *Friderico Victioso*, *Alberto Saxo-*  
*ne Terribili*, qui *dextra manus Imperii* dictus, & *Alberto Brandenburgico*  
*Acbilli Germanico*, f. Magnus animi, corporis dotibus *Imperium in Circulos*  
 divisit, & *Judicium supremum, Cameram*, ordinavit A. 1495. adeo castus  
 & verecundus, ut nemo unquam aliquid eum excernentem viderit, mor-  
 tis memor feretrum quinquennio secum circumtulit. Sicut hic pater Au-  
 striæ adjecit Burgundiam & Belgium matrimonio cum Maria Caroli Au-  
 dacis Burg. D. filia, ita Philippus ejus *filius* bonam Hispaniæ partem eo-  
 dem modo. Dissensionem inter cives Erfordenses & Senatun & Electo-  
 rem Moguntinum ac Fridericum Electorem composuit. De circulis vid.  
*Reink. & D. Strauch.* Exerc. Exot. I. §. 4. *Zeileri* integer tractatus, & D.  
*Textor.* in Jur. Publ. De Camera Imperiali potestate & causis ad eam perti-  
 nentibus D. *Hahn.* Dissert. de variis Pot. Germ. Imp. de Judicio Rothwei-  
 lensi D. *Conring.* de judiciis Reip. Germ. Ejus tempore confluit omnis  
 generis nebulonum colluvies & sentina: *Milites Garde*, die *Garde Brü-*  
*der / allerley loß / Gesindlein /* per quos *Magnus* inferioris Saxon. Princeps  
*Hadeliam* sibi ab Archiepiscopo Bremensi ereptam recuperavit.

*Da, LVX eterna, Vt bona sIt faX tanta CoMetæ!*



a. k. 386,

Non una  
minica ho  
MINISC  
fic utere, n  
μω, λιμω  
nos excita  
homo, flag  
nera & fal  
TERRA S  
qua sospes

**DI**

SS. R. I. I


ECCLESIA

RE M

Ido M  
A

JO

SC




**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



reminisce **GRATA**,  
novata Tibi.  
MINISCERE. Adest Do-  
ropæis gentibus pax: RE-  
ducem me habes, ista & me  
vina tricuspide telo, πολέ-  
ini tempus, quo Salvator  
z. REMINISCERE, δ  
EMINISCERE per vul-  
ISCERE singulatim, ô  
gratiæ & bonitatis divinæ,  
alem.  
**DOMINUS,**  
**RTUS**  
**US,**  
steini, Dynasta Arnsteti,  
Cttenbergæ,  
**PTIMUS,**  
**NIFICENTISSIMUS,**  
ltera LVXit.  
iitui DEO gratiarum  
fini  
emplandam suster  
**O Magno**  
Rudolstadt.  
**O Magno**  
rancohul.  
ali hor. IX. in Aud. Maj.  
vantia & humanitas  
niterqve invitat  
E  
R. C. C. P. ConR.  
CHERI, 1680.

II n  
238

BIBLIOTHECA  
PONDICAVIANA

UNIVERSITÄT  
HALLE  
(S.M.)

